LICENTIATUS
D. HERMENEGILDUS
DE ROXAS,
DE
INCOMPATIBILITATE
Regnorum, & Majoratuum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

Mortuus Incompatibilitatem docendo docet.

Effigiem Authoris quiſquis cogniſcere teotas,
Authoris librum perlege, & invenies.

LICENTIATI D. HERMENEGILDI, DE ROXAS, JORDAN DE TORTOSA, ET BUTRON, I.C. BASTITANI,

OLIM ILLIBERIÆ CIVITATIS DECURIONI,
& in ejus Regia Cancellaria cauſarum Patroni,

TRACTATUS POSTHUMUS DE INCOMPATIBILITATE REGNORUM, AC MAJORATUUM:

Ad Enucleationem textus *in cap. Cœpit Hermenegildus Rex 24. quæſt. 1.*
In lucem editus, recognitus & illuſtratus

Per D. FRANCISCUM XIMENEZ, DEL AGUILA BEAUMONT,
Authoris Generum, Regalium Conſiliorum Cauſidicum; olim Civitatis de Alhama, & poſtmodum de Alcala Regalis urbis Prætorem: nunc verò in Granatenſi Judicem Nummariæ Regalis Ædis, & in ejus foro Regio Advocatum.

Cum triplici Indice, Capitum, Locorum Juris, Verborúmque & Rerum locupletiſſimo;

NUNC PRIMUM PRODIT IN LUCEM.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LUGDUNI,
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXIX.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

D. D. FRANCISCO
PANIAGUA,
ET ZUNIGA,
CATHOLICORUM ORBIS UTRIUSQUE

Regum Philippi I V. Magni, altiorem jam, & ſine imperio ſedem occupantis, & Secundi Caroli ad Regna noviter albeſcentis ſolis, ſub Tutrice tuentis, & ſine majore minoris,

DIGNISSIMO CONSILIARIO:

Purpuream Majoris Archiepiſcopalis Salmanticenſis Collegij Togam quondam promerenti, & colluſtranti,

In celebri præfatæ Urbis ſcientiarum Muſæo, alumnorum plauſu, literariorum pugilum admiratione,

INSTITUTIONUM CATHEDRÆ,

SAPIENTISSIMO MODERATORI:

Sacræ Hiſpaniarum Majeſtatis in Granatenſi Regali Cancellaria, in Criminalibus, & Civilibus

DIGNISSIMO FISCI PRÆFECTO;

Poſtmodum in eadem Regia Granatenſi Curia

INTEGERRIMO SENATORI;

In Regio deinde Conſilio rerum ad militiam ſpectantium

FISCI PATRONO;

Ad majora deinceps, ſine exemplo, convolanti, propriis ſolum expoſcentibus Meritis

REGII CASTELLÆ SUPREMI CONSILII

FISCI TUTELARI DOCTISSIMO;

Nunc in prædicto Supremo Caſtellæ Juſtitiæ Senatu, & de illis qui ex dicto Supremo Conventu veſpere interſunt, in Conſilio Regalis Ærarij

JUDICI SENATORI CLARISSIMO;

Suus D. FRANCISCUS XIMENEZ DE EL AGUILA BEAUMONT, *Regalis Fori Granatenſis Advocatus, fortunatè dicat, reverenter offert, humiliter conſecrat.*

NONDUM (CLARISSIME SENATOR) ſecurum ad Pietatis Tuæ portum electionis noſtræ cynoſura venerationis officium exambiens ardenter conduxerat, & nondum Liber hic orbus per tot tranſcriptionum periculoſa intervalla ad hanc (ô utinam fauſtam!) impreſſionis oram appu-

á 3 lerat,

Cenſura D. Joannis Antonij de Cruellas Ponce de Leon Doctoris Theologi, Metropolitanæ Granatenſis Eccleſiæ Canonici, in ſacra Scriptura, ejúſque Academici Profeſſoris, Judicíſque ſynodalis.

PERITISSIMI Juriſprudentia Viri, Conſultiſſimi Juriſperiti, in hac Regali Cancellaria quondam pro tuendis cauſis patroni, Illiberitani olim Senatoris D. Hermenegildi de Roxas, & Jordan, Opus poſthumum *de Incompatibilitate Regnorum, & Majoratuum*, à D.D.D. Hieronymo de Prado, & Veraſtigui, hujus Metropolitanæ Granatenſis Eccleſiæ Canonico, Generalique Vicario, ad nos delatum eſt, qua parte, Veritatibus Theologicis, & Sacræ Scripturæ, cujus diſciplinam pro nunc moderantur, teſtimoniis innititur. Opus hoc, ingenuè fateor, ſanè pulchrum, ſpecioſum, illuſtre. *Namque omnibus rebus*, (verba ſunt Beati Ennodij) *quæ æſtimantur digna præconiis, exhibenda eſt pro dicendi facultate laudatio, ab eloquentiæ dote radiantibus reddenda ſunt literis, quæ debentur.* In dictione Aratoris. Hoc noſtis de importuna Authoris morte ſolatium, ut ex vivido, vel ut melius dicam, ex vitali ejus tumulo, velut ex animato Phœnicis cinere, favillæ in violas, in virentia, ac viventia lilia mors ipſa reſloreſceret. Enimverò, qui hos nunquam morituros hujus libri flores legerit, & collegerit, nonne verius hic cum Perſio repeteret admirabundus. Sat. 1.

——— *Num non è manibus illis?*
Num non è tumulo, fortunatâque Favilla
Naſcuntur Violæ? ——— ———

Nec mirandum modo, licet alioqui admiratione dignum, quod à D. Franciſco Ximenez de el Aguila, Authoris Genero, non degeneri ſanguinis nobilitate conjuncto, liber hic Soceri emortui in lucem prodeat; Aquilarum enim genium, & ingenium eſt, plumas extendere ad cadavera, ut, quà arte poſſunt, emortua corpora reviviſcere, & creſcere faciant ſub aliena manu, quæ eiſdem nervis, ac ſanguine, quibus eſca, conſtet, dicente Domino: *Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & Aquilæ.* Sed ut ad florilegium, unde exivi, Lucæ c.17. redeam; Utinam hoc reliqua ſtudioſarum Apum examina convolent, ut favos conſtruere collecto hinc melle poſſint. Hic Roſæ Theologiam, Lilia Scripturam Sacram, Caryophilla Juriſprudentiam, Hyacinthi Hiſtoriam redolent, ac ſpirant: Nec Authoris morte marceſcunt; imò & rubeſcant neceſſe eſt: nam etſi poſt mortem, *Roxas* eſt. Quin etiam è tumulo decurrentes aquarum rivulos, quibus vireſcant, opus eſt ſpectare: Nam licèt in tumulo iacet Hermenegildus, adhuc *Iordan.* Non enim ſemper Jordanis converſus eſt retrorſum; quin potius ejus doctrinæ, quæ verſicoloris aquæ pluviam ſapiunt, de qua Cyrillus Hieroſolimitanus: *Una pluvia in univerſum deſcendit mundum, quæ alba quidem fit in* In Catech. 16. *ſpinis, rubea autem in roſis, purpurea in hyacinthis, ac in diverſis ſpeciebus diverſa, & in omnibus fit omnia.* O qualis de te Hermenegilde noſter panegyris: qui aquæ miraculum in te miraculoſus transfundebas, nobile monimentum redivivis ſeculis æternandum: Quocirca judicium hoc meum eſto, hæc ſcripta typis mandanda cenſeo. Granatæ anno Domini 1667.

D. P. JOANNES ANTONIUS DE CRUELLAS.

Cenſura L. D. Joannis Herrera Pareja, Regalis Cancellariæ Granatenſis cauſarum Patroni, & Fiſci Sanctæ Inquiſitionis illius Regni Judicis, &c.

EX commiſſione D.D.D. Hieronymi de Prado, & Veraſtigui in hac alma Eccleſia Illiberitana Canonici Vicariique Generalis hujus Diœceſis munus gerentis libenti animo vidi, & quam maximè potui attentè perlegi Opus Juridicum *de Incompatibilitate Regnorum, & Majoratuum*, quod reliquit compoſitum *L. D. Hermenegildus de Roxas, & Iordan* Juriſconſultus Baſtitanus in hac regali Cancellaria cauſarum Patronus celeberrimus: quod in lucem edere parat D. Franciſcus Ximenez de el Aguila Authoris Gener ejuſdem Cancellariæ Advocatus; in eóque nihil inveni, quod non ſit adamuſſim

LA REYNA GOVERNADORA.

POR quanto por parte de vos, el Licenciado Don Franciſco Ximenez del Aguila Abogado de la audiençia y Chancilleria que reſide en la Ciudad de Granada, ſe nos hiço relacion que el Licenciado Don Ermenegildo de Roxas vueſtro Suegro Abogado que havia ſido de dicha audiençia avia dexado eſcrito el Libro, de que açiades preſentacion, Intitulado de Incompatibilitate Regnorum, & Majoratuum, y nos ſuplicaſteis os mandaſemos conçeder licencia y Privilegio para poderle imprimir y vender aſſi en eſtos Reynos como fuera de ellos, o como la nueſtra merced fueſſe, y viſto en el conſejo, y como por nueſtro mandado, ſe hicieron las diligencias que por la pregmatica ultimamente echa ſobre la impreſion de los Libros ſe diſpone, fue accordado deviamos mandar dar eſta nueſtra Cedula para vos en la dicha Raçon y nos lo tubimos por bien. Por laqual os damos licencia y facultad para que por diez años primeros ſiguientes y no mas podais imprimir y vender vos ò la perſona que vueſtro poder tubiere, y no otra alguna el dicho Libro por el original que en el conſejo ſe bio que ba Rubricado y firmado al ſin de Miguel Fernandez de Noriega nueſtro Secretario, y Señor de camara mas antiguo de los que en el reſiden, con que antes que ſe benda ſe traiga ante ellos juntamente con el original para que ſe bea ſi la dicha impreſion eſta conforme a el, o traigais fee en publica forma como por correctór por nos nombrado ſe bio, y corregio la dicha impreſion pol el dicho original y ſe taſe el preçio por que ſe ha de bender y mandamos al impreſor, que imprimiere el dicho Libro no imprima el Principio y primer pliego ni entregue mas que uno ſolo, con ſu original al Autor o perſona a cuya coſta ſe imprimiere, y para efeto de la dicha correcion aſta que antes y primero, el dicho Libro eſte corregido y taſado por los del conſejo y eſtandolo y no en otra manera, puedan imprimir el dicho Principio y primer pliego y ſegundo donde ſe ponga eſta nueſtra Cedula y la aprovacion que cerca de ello ſe hiço por nueſtro mandado, y la taſſa y erratas pena de caer e yncurrir en las penas contenidas en las leyes y prematicas de eſtos Reynos que ſobre ella diſponen, y mandamos que ninguna perſona ſin vueſtra licencia pueda imprimir el dicho Libro, y ſi lo hiçiere, aya perdido, y pierda todo y qualeſquier Libros, moldes, y aperejos que de ellos tubiere y mas yncurra en pena de cinquenta mill maravedis, la tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte, para el juez que la ſenenciare, y la otra tercia parte para el denunciador y mandamos a los del conſejo, Preſidente y Oidores de las Audiencias, Alcades, alguaciles de la nueſtra caſa, corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſiſtentes, Governadores, Alcaldes mayores y ordinarios y otros Jueçes y Juſticias qualeſquier de todas las Ciudades, Villas y lugares de eſtos nueſtros Reynos, y Señorios y a cada uno en ſu Juriſdicion que os guarden y cumplan eſta nueſtra çedula y contra lo en ella contenido no bayan ni paſen ni conſientan bir ni paſar, en manera alguna pena de la nueſtra merced y de diez mil maravedis para la nueſtra camara, fecha en Madrid, à trenta dias del mes de Julio de mil y ſeiſcientos y ſeſente y ſiete años.

YO LA REYNA

Por mandado de ſu Majeſtad

DUAN DE SUBICA.

INTRODUCTIO
AD
TRACTATUM
DE
REGNORVM AC MAIORATVVM INCOMPATIBILITATE;
AD ORNATUM ET ENUCLEATIONEM
Cap. Cœpit Hermenegildus Rex, cauſa 24. quæſt. 1.

SUMMARIUM.

1 *Principium hujus libri ſumitur à principe omnium Deo noſtro.*

2 *Sancta Trinitas eſt unum univerſorum principium, præter quod aliud inveniri non poteſt.*

3 *Incipit Opus ab invocatione myſterij Sanctæ ac individuæ Trinitatis, & quare? & n. 5.*

4 *Arius perfidè negavit Divinam eſſentiam, æqualitatem, & coæternam Patris ſubſtantiam inſeparabilem, & ſic myſterium Sanctiſſ. Trinitatis.*

6 Cap. cœpit Hermenegildus Rex. cauſa 24. q. 1. *refertur ad literam.*

7 *Divus Gregorius Magnus fuit author text.* cap. cœpit Hermenegildus Rex. 24. q. 1. *ubi etiam quo tempore & ſub quo Pontificatu, & imperio.*

8 *Authores, & Chroniſtæ referuntur, ex quibus proponitur ſpecies caſus ad textum in* cap. cœpit Hermenegildus Rex, 24. q. 1.

9 *Levigildus Rex Viſigothorum, atque Hiſpaniarum, Pater Regis Hermenegildi fuit Arianus.*

10 *Reges Gothorum in Hiſpania ob culpam Imperatoris Valentis inciderunt in Arianam Hæreſim, à tempore Athalarici I. qui fuit Rex Gothorum, uſque ad martyrium Divi Regis Hermenegildi, & Regni ingreſſum Regis Flavij Recharedi, qui fuit frater Divi Hermenegildi. & num. 11.*

12 *Flavius Recharedus Rex ob cauſam martyrij ſui fratris fecit convocari Concilium III. Toletanum.*

13 *Concilium III. Toletanum, in quo damnata fuit Ariana Hæreſis: & omne id quod Rex Flavius Rechardus, atque Regina ejus uxor, & gens Gotica tanquam Catholici profeſſi fuerunt adinſtar ſymboli Athanaſij contra Arium refertur ad literam.*

14 *Athalaricus Rex, & omnes alij Reges Gothi uſque ad Regem Hermenegildum, & eius fratrem Flavium Recharedum, hæretici fuerunt, & probatur n. 17.*

15 *Catholicus primus Rex Gothorum in noſtra Hiſpania fuit Hermenegildus, & deinde eius frater Flavius Recharedus.*

16 *Catholicorum nomen, & titulum quo inſigniti ſunt Reges noſtri Hiſpaniarum acceperunt à primo Rege Catholico Hermenegildo, & eius fratre Flavio Recharedo, & n. 17.*

18 *Eſſentia una, eademque ſubſtantia ac æqualitas talis eſt in filio, qualis in Deo Patre, & qui contrarium aſſeruit ſicut Arius, Hæreticus fuit.*

19 *Arius Alexandrinus fundabat ſuam hæreticam opinionẽ in Evangelio Divi Joan. cap. 14. verſic. 28. ubi dicitur,* quia Pater maior me eſt.

20 *Arius Alexandrinus convincitur de ſuo errore, quia Chriſtus Dominus noſter in Evangelio Divi Ioann.* cap. 14. verſ. 28. *locutus fuit tanquam homo, cuius humanitatis reſpectu Pater major eſt; & in eodem Evangelio Divi Ioan.* cap. 10. *ubi dixit:* Ego, & Pater unum ſumus, *locutus fuit reſpectu ſuæ divinitatis.*

21 *Leovigildus Rex primas contraxit nuptias cum Theodoſia filia Severiani Magni Ducis Carthaginenſis, qui fuit filius Theoderici Regis Oſtrogothorum Italiæ, de quo matrimonio habuit Hermenegildum, atque Flavium Recharedum.*

22 *Severianus Magnus Dux Carthaginenſis Avus Hermenegildi, & Recharedi contraxit nuptias cum Theodora ex Regia ſtirpe, de quo matrimonio habuit filios, Leandrum, Iſidorum, Fulgentium, & ſanctam Florentinam.*

23 *Leovigildus Rex Gothorum ſecundas contraxit nuptias cũ Goſuinda viduâ Regis Athanagildi.*

24 *Leovigildus Rex operam dedit accuratiſſimo affectu, ad hoc, ut Hiſpaniarum Regnum non per electionem, ſed per ſucceſſionem in ſuum filium Hermenegildum, & Recharedum deveniret.*

APPENDIX
AD HUNC TRACTATUM
LICENTIATI D.
D. DE ROXAS,
DE INCOMPATIBILITATE
Regnorum & Majoratuum.

AD QUEM SEQUENTIA
DUO CAPITA REFERUNTUR:

QUORUM PRIUS AD PARTEM SEPTIMAM ſpectat, de incompatibilitate in Jure Canonico;

POSTERIUS VERO AD PARTEM OCTAVAM de Incompatibilitate in Jure Regio Hiſpano.

Proſtat Barcinone, apud ANTONIUM LACAVALLERIA.

M. DC. LXIX.

APPENDIX
AD PARTEM SEPTIMAM
DE INCOMPATIBILITATE
in Iure Canonico.

SUMMARIUM

Prioris Capitis ex parte ſeptima de Incompatibilitate in Jure Canonico.

1 *Hiſpaniarum Reges jus ex interdicto retinendi & juſto bello recuperandi Provinciam Luſitaniam demonſtratur & probatur* ex cap. intellect. 33. de jurejurand. *ubi etiam materiam incompatibilitatis, & ad maiorem claritatem, & evidentem demonſtrationem dividitur in tres partes, ex quibus formatur ſyllogiſmus concludens per neceſſe cum deprecatione ad Sanctiſſimum: & num. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Textus* in cap. intellecto de jurejurando *refertur ad litteram, atque etiam gloſſ.* impoſitione *caſus, & ex eo, & gloſſ. apparet quod Summus Pontifex Honorius in ſubſtantia decidit, quod iuramentum Regis Hungariæ præſtitum in ſua coronatione de non alienandis bonis Regiæ Coronæ, & juramentum præſtitum in aliquibus alienationibus in præiudicium Regni ſunt incompatibilia, ideò revocari debent tales alienationes, & ſtandum primo iuramento in Coronatione facto: & n. 7.*

9 Textus in l. 2. del Prologo del fuero Juego, & in l. 28. tit. 11. part. 3. *prohibentes alienationes bonorum Regiæ Coronæ, ubi etiam refertur juramentum, quod Reges facere debent in ſua Coronatione conſonant,* cum cap. intellecto de jurejurando, *n.* 8.

Et referuntur multæ nervoſæ rationes decidendi à num. 9.

Regni jura & bona coronæ non ſunt propria Regis; ſed ipſius Regni, ibid.

10 *Regnum, ſeu Corona ipſa eſt quæ poſſidet jura, & bona Regni; & Rex tantum dignitatem, quæ nunquam moritur.*

11 *Rex in ſuo Regno, tùm adminiſtrator eſt Regni & bonorum ejus.*

12 *Rex eſt tanquam maritus Reipublicæ cujus dos eſt Regnum, ſeu Coronæ patrimonium; ideo ſicut dos eſt inalienabilis, ita Regnum.*

13 *Maritus non valet alienare bona dotalia etiam cum juramento; ita nec Rex.*

14 *Rex quoad Regnum eſt tanquam Prælatus quoad Eccleſiam.*

15 *Rex ſe habet in Regno tanquam Tutor cum pupillo, ſeu Curator cum adulto.*

16 *Regiæ Coronæ bona dicuntur bona fiſcalia à fiſco, qui eſt ſaccus imperii.*

17 *Rex licet in vita ſua ſit Dominus, Dominium hoc habet ſicut illud, quod habet maritus.*

18 *Regno & utilitati publicæ, & etiam Regi & eorum Vaſſallis, atque Regnicolis expedit, ne jura Regni diminuantur, alienenturve, ſed illa illibata conſervare.*

19 *Alienationes regalium jurium vulgò* Juros, tertias Salcavalas, *& aliorum ſimilium redditunm & populorum revocari, & ad Regiam Coronam reduci debent: aliter erit in grave præiudicium Regis, & Regni, & Reipublicæ.*

20 *Rex poteſt facere alienationes ſi ſint modicæ, quarum, qualibet ſuſtineri poſſit: ſi tamen omnes in magnum Regni præiudicium vertant, cum ex pluralitate alienationum ſequatur gravis læſio, annullari, ac revocari debent per principem, non ſolum primæ, ſed ultimæ alienationes.*

21 *Rex in ſua coronatione jurare debet non alienare iura & bona Regiæ Coronæ.*

Quod probatur de iure divino, n. 22. & 23.

Et de iure Regio Gothico, n. 24.

25 *Iuramentum in Coronatione Regis de non alienandis bonis coronæ tanquam de re licita, & iuramentum in alienatione tanquam de re illicita, ſunt incompatibilia.*

Et datur ratio & fulcitur legibus Regni, num. 26. 27. 28. 29. & 31.

Ubi deducitur ex textu in cap. intellecto.

32 *Iuramentum quando eſt licitum & aliud illicitum; debet attendi licitum: uſque ad n. 36.*

37 *Prohibitio de rebus & juribus Regni non alienandis non ſolum eſt de iure ſpeciali, ſed de iure communi.*

38 *Iuramentum in alienatione bonorum Regiæ Coronæ eſt contra utilitatem publicam.*

39 *Iuramentum in Coronatione de non alienandis bonis Regiæ Coronæ acquirit ius irrevocabile Regno & Reipublicæ.*

40 *Iuramento prius facto debet attendi & non ſecundo.*